ga te indicia, & cũ tibi hactenus notus non fuerim, his initiis me nouisse claritatẽ tuã nõ pigeat, Nã cũ autoris huius, cui perrarũ aliũ similẽ repies, sincerã lectionẽ utilẽ atq; ẽt delectabilẽ hũeris cura mea, nõ mediocrẽ fructũ latinarũ & græcarũ à nostris ẽt receptarũ dictionũ quæ ad architecturã ptineãt, & antiquarum quoq; ædificationũ cognitionẽ inuenies, in qbus ẽt gnomonicæ & machinatio cõtinẽtur, ut harũ rerũ alterius nullius parẽ copiã habere possis, quẽ si diligentius pscrutatus fueris, nõ mõ architecturæ pcepta condisces, sed cũ in ea, tũ & in nõnullis aliis quoq; disciplinis pdoctus euades, ita ut intelligere tibi liceat qd in suæ pfessiõis arte qsq; ualeat artifex, & qtũ liberalia studia mechanicis addãt, quæ pinde ut uiuax spũs sunt corpori. Quãobrẽ mi Iuliane, ut senex & licẽtiosior, dictorũ necnõ insolẽtius ẽt dicẽdorũ ueniã peto, nã quis mihi psuadeã teipsum magnæ uirtutis, & maioris eẽ animi uirũ, quoniã tamẽ uirtutũ uires laudibus crescere soleãt, & ab eo ardẽtius cõplecti, quẽ ipse cõplectũtur, te reuerẽter moneo, qd tãti Pontificis frater cum sis, & Florẽtinæ Reipu. facile primarius, ita te cũ omnibus geras, ut nostri sæculi delitias tenearis, ut sui tpis Titus ille fuisse legitur, et iustiã atq; pietatẽ antoninorũ, Pii atq; philosophi emuleris, & quãuis quos imiteris omnĩ uirtutũ genere claros, ut dixi, hẽas, patrẽ, auos atq; pauos tuos, & ab priscas illis exẽpla sumere, alienũ quoq; nõ existimo, psertim tanti æui spacio pdicatis, ut ex pluribus uariis odoratisq; floribus nexilẽ ppetuãq; coronã capiti tuo imponas, q iã nõ tibi soli natus eẽ uideris, sed & multis aliis, quorũ pfectibus fauens, talẽ te eis pbeas, qualẽ queq; eorũ tibi preberi uelles, si in eũ gradũ, quem tu tenes, fortuna seu uirtus eos cõstituisset. Felix esto, & bene ualeas, ueteri tui Iocundi memor.